Fragmentarium

et quod movetur sed nullus autem motor differt a moto esse et diffinitione. et propter hoc quod habent elementa principium scilicet motus eorum, non inveniuntur posteriores motus eorum a formis secundum tempus sicut de aliis motibus. et ideo erravit Iohannes et dixit quod invenitur motus in corporibus sine post antecedenti secundum tempus existente in illis corporibus. et dicendum quod post perdens hic motum non est in moto nisi violente, sed est in causa ex qua fit motus, verbi gratia quod post ad motum ignis in loco non est in igne, sed in illo ex quo ignis fit ut oleo aut ligno.

Cum quis igitur fiat ex aqua aer, rescitamur igitur et dicamus quod cum aqua transmutatur in aerem tunc transmutabitur in aerem de gravitate ad levitatem. deinde movetur ad superius et tunc dicetur ipsum esse leve in illo loco non quia fuit sed quia est leve in illo loco. non quia fuit leve illic et sita sit manifestum est quod aqua fuit levis in potentia. deinde transmutabitur quousque fiat in actu et superius et movebitur illic in aqua in eius via de qualitate et quantitate dico ad locum ad quem est possibile ut et ad quantum de eo et ad quale. ista igitur est causa motus aque et terre ad sua loca cum nichil impediunt mutabile ab suo cum

et sanabile cum a nullo impediuntur statim tendunt ad sanitatem et nutrimentum. et omne mobile primo movetur a re agente aut a re movente impedientis et auferente istum obstaculum. et econtra cuius quod impeditur sicut diximus in predictis tractatibus quod omne corpus mobile habet motum localem ab alio movetur non ex se. iam igitur declaravimus qua de causa et movetur omne mobile et qua de causa unumquodque eorum movetur ad suum locum.

In illo capitulo vult perficere sermonem de modo motus eorum et ostendere quo moventur et declarat quod non moventur ex se in veritate sed ex extrinseco. et dixit: Rescitamur igitur et cetera, id est ad loquendum de motibus istorum corporum gravium et levium et ad supplicandum sermonem de eis demonstrando quo movetur hoc corpus et quid est in isto motus et quis est motor eorum vere. deinde dixit: et dicamus quod cum aqua et cetera, id est manifestum est per se quod cum aqua fit aer quod statim transmutatur de gravitate in levitatem et de inferiori ad superius. et per hoc quod dixit: deinde movebitur ad superius non intendebat deinde secundum tempus sed secundum causam et causatum, id est quod motus eius ad superius est causatus a sua levitate. deinde dixit: et tunc dicetur ipsum esse leve nisi per suum motum in actu ad istum locum non secundum quod fit leve cum fuerit in illo loco sed quia non fit leve nisi cum transfertur ad illum. et intendebat omnino per hoc declarare istum motum in loco et alios motus locales quam per alium a re et cetera

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 45, fol. [31]r – Aristoteles, <i>De caelo</i>, with commentary by Averroes (https://fragmentarium.ms/view/page/F-tq1r/9563/70240)